

ЈЕДИНСТВО КАТОЛИЧАНСКЕ¹ (САБОРНЕ) ЦРКВЕ* LIBER DE CATHOLICAE ECCLESIAE UNITATE

Sanctus Cyprianus Episcopus
Carthaginensis et martyr

Свети Кипријан Картагински

I. Subdoli hostis insidiae sunt cavendae.

Cum moneat Dominus et dicat: Vos estis sal terrae (Matth. 5, 13), cumque esse nos jubeat ad innocentiam simplices, et tamen cum simplicitate prudentes, quid aliud, fratres dilectissimi, quam providere nos convenit et sollicito corde vigilantes subdoli hostis insidias intelligere pariter et cavere, ne qui Christum sapientiam Dei Patris induimus, minus sapere in tuenda salute videamur?

1. Када нам Господ ради подуке говори: „Ви сте со земље“ (Мт. 5, 13), Он нам такође заповеда да у односу на невиност будемо припрости, али исто тако уз једноставност и разборити (Мт. 10, 16). Ово друго нам више приличи, драга браћо – да се старамо и бринемо, да бдимо са пажњом у срцу и схватимо замке лукавог непријатеља (Пост. 3, 1) и да се чувамо. Зар се, у супротном, не би чинило да се показујемо наразумнима управо ми који се обукосмо у Христа,² (Гал. 3, 27)

¹ Према постојећим рукописима не може се са сигурношћу утврдити да ли је реч *catholicae* (католичанска) аутентична. Ипак, само мањи број рукописа нема овај израз док га остали имају. Пошто је у 2. веку на Западу овај израз био већ одомаћен, могуће је сложити се са Н. Janssen–ом, *Kultur und Sprache. Zur Geschichte der alten Kirche in Spiegel der Sprachenwicklung von Tertulian bis Cyprian, Latines christina primaeva. Studia ad sermonem latinum pertinentia*, No 8, 1938, стр. 18, ff. 2. о његовој аутентичности. (Све напомене су преводиочеве).

* Оригинални текст: G. Hartel, St. Cypriani, *De catholicae Ecclesiae unitate*, CSEL, III, 1, стр. 209–233.

Ово дело је написано приликом шизме Новатијанове, током 251. године, са намером да Картагињане, који према њему нису били непријатељски расположени, одврати од њега.

Новатијан је био веома угледан презвитер у Риму. Написао је спис *О Свештој Тројици*, који представља прво богословско дело написано у Риму на латинском језику.

Његов спор са Кипријаном избио је по питању *палих*, тј. оних који су се одrekli Христа приликом гоњења. Новатијан је тражио да Црква такве уопште не прима у општење без обзира на покајање које они произносе, док је Кипријан имао много блажи став и допуштао је поновно општење палих уз одређене мере покајања. Након избора папе Корнелија, Новатијан се проглашава за антипапу и тако улази у раскол са римском Црквом. На основу овога Кипријан га изопштава из црквене заједнице. Овај трактат је уперен управо против њега и неких презвитера који су му се приклонили.

Проблем раскола овде се третира на врло озбиљан начин. Раскол је нарушавање јединства Цркве које је од суштинске важности за спасење верних. Циљ Кипријановог писања био је дакле чисто сотириолошко а не полемички. Такође, он није имао намеру да изведе једно свеобухватно еклесиолошко учење. Овај спис је продукт преке потребе за очувањем јединства у конкретной Картагинској Цркви. Међутим, он такође представља једно од најважнијих сведочења о свести и схватању Цркве у древном хришћанству, и у том смислу представља прворазредни споменик.

² Овде Св. Кипријан јасно алудира на крштење, које је одувек сматрано за приступање евхаристијској заједници – Цркви.

Neque enim persecutio sola metuenda est et ea quae subruendis ac dejiciendis Dei servis aperta impugnatione grassantur. Facilior cautio est ubi manifesta formido est, et ad certamen animus ante praestruitur, quando se adversarius confitetur. Plus metuendus est et cavendus inimicus, cum latenter obrepat, cum per pacis imaginem fallens occultis accessibus serpit, unde et nomen serpentis accepit. Ea est ejus semper astutia, ea est circumveniendi hominis coeca et latebrosa fallacia. Sic ab initio statim mundi fefellit et verbis mendacibus blandiens rudes animas incauta credulitate decepit; sic Dominum ipsum tentare conatus, quasi obreperet rursus et falleret, latenter accessit; intellectus tamen est et retusus et ideo prostratus, quia agnitus atque detectus.

II. Christi mandata servanda sunt.

Unde nobis exemplum datum est veteris hominis viam fugere, vestigiis Christi vincitens insistere, ne denuo incauti in mortis laqueum revolvamur, sed ad periculum providi accepta immortalitate potiamur. Immortalitate autem potiri quomodo possumus, nisi ea quibus mors expugnatur et vincitur, Christi mandata servemus, ipso monente et dicente: Si vis ad vitam venire, serva mandata (Matth. 19, 17). Et iterum: Si feceritis quae mando vobis, jam non dico vos servos, sed amicos (Joan. 15, 14). Hos denique fortes dicit et stabiles, hos super

koji je Premudrost Boga Oca (1. Kor. 1, 24)? Niје, dakle, samo goњење оно чега треба да се плашимо. Треба се бојати и свега онога што неприкривеним нападом јуриша на слуге Божије да их уништи и обори. Лакше је бранити се тамо где је опасност очевидна. Дух се припреми за будућу битку када је непријатељ на видику. Више се морамо бојати и чувати непријатеља који се шуња тајно и под изговором мира обара и прикривено се привлачи – зато се и назива „гмизавцем“ или змијом.³ А то и јесте његово лукавство – његово прикривено и слепо умеће којим савладава човека. Тако је varaо још од почетка света (Пост. 3, 1–15). Лажним речима је ласкао и немарном лаковерношћу напао неискусну душу. Тако је покушао да нападне и самога Господа (Мт. 4, 1–11), пришуњавши Му се крадом као да ће поново успети да се лукавством наметне и да превари, али га је Господ прозрео и одбацио. Био је поражен јер га је Христос препознао и разоткрио.

2. Дат нам је пример да се клонимо пута „*стараја човека*“ (Рим. 6, 6) и да идемо стопама Христа – Животодавца. На тај начин се неће догодити да поновном неопрезношћу изнова паднемо у замку смрти. Ако, супротно томе, будемо приправни на опасност сачуваћемо свој део у бесмртности коју смо примили.⁴ Бесмртност, међутим, не можемо стећи ако не вршимо заповести Христове јер се тако савлађује и побеђује смрт. Сам Христос нас опомиње и каже: „*Ако желиш ући у живои, држи зајовести*“ (Мт. 19, 17).

³ *Serpens* – змија или гмизавац, од глагола *serpo* – гмизати, милети.

⁴ Ово „*примање бесмртности*“ односи се на малочас поменуто крштење. Уласком у евхаристијску заједницу = Цркву, остварује се надилажење могућности створене природе, односно бесмртност.

petram robusta mole fundatos, hos contra omnes tempestates et turbines seculi immobili et inconcussa firmitate solidatos. Qui audit, inquit, verba mea et facit ea, similabo eum viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram. Descendit pluvia, venerunt flumina, flaverunt venti, et impegerunt in domum illam, et non cecidit. Fundata enim fuit super petram (Matth. 7, 24. s.). Verbis igitur ejus insistere, quaecunque et docuit et fecit discere et facere debemus. Ceterum credere se in Christum quomodo dicit qui non facit quod Christus facere praecepit? Aut unde perveniet ad praemium fidei qui fidem non vult servare mandati? Nutet necesse est et vagetur et spiritu erroris abreptus velut pulvis quem ventus excutit ventiletur; nec ambulando proficiet ad salutem qui salutaris viae non tenet veritatem.

III. Maxime cavenda sunt schismata haeresesque.

Cavenda sunt autem, fratres dilectissimi, non solum quae sunt aperta atque manifesta, sed et astutae fraudis subtilitate fallentia. Quid vero astutius, quidve subtilius quam ut Christi adventu detectus ac prostratus inimicus, postquam lux gentibus venit et sospitandis hominibus salutare lumen effulsit, ut surdi auditum gratiae spiritualis admitterent, aperirent ad Deum oculos suos coeci, infirmi aeterna sanitate revalescerent, claudi ad Ecclesiam currebant, muti claris vocibus et precibus orarent, videns ille idola derelicta et per nimium credentium populum sedes suas ac templa deserta, excogitaverit novam

И на другом месту: „Ви *сте* *пријатељи* *моји* *ако* *створите* *што* *вам* *ја* *заповедам*“ (Јн. 15, 14). О онима који тако чине, каже да су снажни и постојани и да су чврстим темељем на стени утемељени. Постојаном и непоколебљивом снагом учвршћени су против свих светских непогода и олуја. Христос каже: „*Сваки* *дакле,* *који* *слуша* *ове* *речи* *моје* *и* *извршује* *их,* *ујоредићу* *ја* *са* *човеком* *мудрим* *који* *сазида* *кућу* *своју* *на* *камену.* *И* *удари* *дажд,* *и* *дођоше* *реке,* *и* *дуњуше* *ветрови* *и* *навалише* *на* *кућу* *ону,* *и* *не* *паде;* *Јер* *беше* *утемељена* *на* *камену*“ (Мт. 7, 24–25). Стога морамо следовати речима Христовим. Дужни смо да учимо и чинимо све што је Он учио и чинио. Уосталом, како може човек да тврди да верује у Христа ако не чини оно што је Христос заповедио да се чини? На темељу чега ће доћи до награде за веру онај ко заиста не жели да врши заповести? Такав мора да посрће и лута и да га односи дух пропасти као што ветар развејава прашину. Такав неће напредовати на путу спасења јер се не држи истине спасоноснога пута.

3. Морамо се чувати, љубљена браћо, не само онога⁵ што отворено и нескривено вара већ и онога што вара лукавством подмукле преваре. Ево шта је веома подмукло и лукаво. Христов долазак је разоткрио и победио противника. Народима је дошла Светлост и дала светлост спасења, засијала је људима којима је било потребно оздрављење. Глуви су чули наговештај духовне благодати, слепи су отворили очи према Господу, болесни су задобили оздрављење вечно, хроми су потрчали Цркви. Бистрим гласовима и молитвама моле се неми. Али пошто је непријатељ видео напуштене идоле, као и да је мноштво

⁵ Мисли се на ђавола.

fraudem, ut sub ipso christiani nominis titulo fallat incautos? Haereses invenit et schismata, quibus subverteret fidem, veritatem corrumperet, scinderet unitatem. Quos detinere non potest in viae veteris coecitate, circumscribit et decipit novi itineris errore. Rapit de ipsa Ecclesia homines; et dum sibi appropinquasse jam lumini atque evasisse seculi noctem videntur, alias nescientibus tenebras rursus infundit, ut cum evangelio Christi et cum observatione ejus et lege non stantes christianos se vocent, et ambulantes in tenebris habere se lumen existiment, blandiente adversario atque fallente, qui secundum apostoli vocem transfiguratur se velut angelum lucis et ministros suos subornat velut ministros justitiae, asserentes (f. afferentes) noctem pro die, interitum pro salute, desperationem sub obtentu spei, perfidiam sub praetextu fidei, antichristum sub vocabulo Christi, ut dum verisimilia mentiuntur, veritatem subtilitate frustrentur. Hoc eo fit, fratres dilectissimi, dum ad veritatis originem non reditur, nec caput quaeritur, nec magisterii coelestis doctrina servatur.

IV. Unitas Ecclesiae.

Quae si quis consideret et examinet, tractatu longo atque argumentis opus non est. Probatio est ad fidem facilis compendio

народа оставило ова места и храмове, смислио је нову превару да под изгледом имена хришћанског обмане оне који нису на опрезу. Пронашао је јереси и расколе, помоћу којих уништава веру, искривљује истину, разбија јединство. Противник оне које не може да задржи у заблуди старог пута, новом стазом вара и залуђује, грабећи људе из саме Цркве. Такви су умишљали да су већ пришли светлости и да су избегли ноћ света, а противник их због њиховог незнања поново испуњава другим тамама. Такви се називају хришћанима, иако не стоје у Христовом Јеванђељу нити га врше, као ни закон. Они ходе у тами, а сматрају да имају светлост. Противник им ласка и побеђује их. Он се, по речи Апостола, мења у анђела светлости, приказујући своје слуге као служитеље истине (2. Кор. 11, 14–15). Али он уместо дана најављује ноћ, уместо спасења пропаст, под плаштом наде очајање, неверје под изгледом вере, антихриста под Христовим именом. Док лажу (говори) привидне истине, лукаво искривљује истину. А ово предрага браћо бива стога што се не враћају извору истине, не слуша се глава нити се врши наука небеског учења.

4.⁶ А ако неко то проучава и испитује, непотребно је дуго истраживање нити су потребни многи докази. С обзиром на уверљивост истине довољно је и само

⁶ У односу на овај одељак, до броја 5, у науци су подељена мишљења по питању његове аутентичности. Један број научника сматра да је реч о каснијој интерполацији, док други имају мишљење да је сам Кипријан написао две верзије свог списка. Неки опет сматрају да је текст са овим поглављем аутентичан, а да је друга верзија – без њега – настала касније, те да је овај део избачен од стране неког Кипријановог присталице током спора о крштењу јеретика а у жељи да умањи значај става римске Цркве. Опширније о овој теми види J. Quasten, *Patrologia*, стр. 584–585, B Altaner, Stuiber, *Patrologia*, 1966, 175, M. Bevenot, *Sancti*, XI–XV.

veritatis. Loquitur Dominus ad Petrum: Ego tibi dico, inquit, quia tu es Petrus, et super istam petram aedificabo Ecclesiam meam, et portae inferorum non vincent eam. (Et) dabo tibi claves regni coelorum, et quae ligaveris super terram, erunt ligata et in coelis; et quaecunque solveris super terram, erunt soluta et in coelis (Matth. 16, 18. s.). (Et iterum eidem post resurrectionem suam dicit: Pasce oves meas, Joan. 21, 15.). Super (illum) unum aedificat Ecclesiam suam (et illi pascendas mandat oves suas). Et quamvis apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat et dicat: Sicut misit me Pater et ego mitto vos: accipite Spiritum sanctum, si cujus remiseritis peccata, remittentur illi, si cujus tenueritis, tenebuntur (Joan. 20, 21. ss.): tamen ut unitatem manifestaret, (unam cathedram constituit et) unitatis ejusdem originem ab uno incipientem sua auctoritate disposuit. Hoc erant utique et ceteri apostoli quod fuit Petrus,

кратко доказивање. Господ се обраћа Петру и каже: „А и ја *ти*би кажем да си *ти* Пешар, и на *томе* камену сазидашу Цркву своју и вратиш *пакла* неће је нагвладатиш. И даћу *ти* кључеве Царства небескога: и *што* свежеш на земљи биће свезано на небесима; и *што* разрешиш на земљи биће разрешено на небесима“ (Мт. 16, 18–19). (Христос) гради Цркву на једноме (темељу). Након свога васкрсења Он свим Апостолима даје исту власт и каже: „Као *што* је Отац послао мене, и ја шаћем вас. Примите Духа Светога! Којима ошроситише *трехе* ошрашашају им се; и којима задржише задржани су“ (Јн. 20, 21–23). Ипак, како би показао јединство, одредио је својом влашћу да извор тог јединства буде у једноме.⁷ Свакако да су и други Апостоли били исто што и Петар, и да су једнако суделовали у части и власти; али

⁷ Око ових речи су се водиле велике полемике. Многи православни аутори су се трудили да нагласак ставе на Кипријанове речи да Христос „свим Апостолима даје исту власт“, док су римокатолици наглашавали да је „одредио својом влашћу да извор *тог* јединства буде у једноме“. Уколико се сетимо Кипријанових речи из *Ep. LXVI, VIII, 3*: „*Scire debes episcopum in ecclesia esse et ecclesiam in episcopo et si qui cum episcopo non sit in ecclesia non esse*“ (Треба казати да је *епископ* у Цркви и Црква у *епископу*, и да онај ко није са *епископом* није у Цркви), можемо приметити један литургијски а не јуридикки контекст исказа о примату (*primatus*) римске Цркве. Не би требало негирати постојање првог и потребу за постојањем првог у Цркви. Сама структура евхаристије указује на то да је Један Први, јер је Један Христос чија је он икона. Тако и у ширем смислу, у односу међу помесним Црквама не треба негирати потребу и постојање Првог. Међутим, тај Први, за разлику од схватања римокатолика, није независан од остатка Цркве и не сачињава сам по себи пуноћу Цркве, већ у заједници са осталима. Зато Кипријан мало касније каже да је „*Епископство једно, иојединац у њему има део јер има све*“. Овде је важно напоменути да код Кипријана није постојала свест о католичности Цркве у смислу њене распрострањености по свету, што је карактеристика каснијег римокатоличког мишљења. Кипријан под изразом „*catholicae ecclesiae*“ подразумева помесну Цркву у Кархидону, чије јединство се он стара да сачува својим делом (Уп. Ј. Зизијулас, *Једниство Цркве у Светој Евхаристији и у Епископу у прва три века*, Нови Сад 1997, стр. 148. Посебно видети литературу коју наводи у напомени 100). Такође се у *Ep. LXIX*, када каже да „*Nec ignoramus unum Sanctum Spiritum, unum episcopum in catholica esse debere*“, појам „*catholica*“ не може схватити у смислу *васељенски* јер би се добио немогућ смисао да у *васељени* постоји само један епископ (Уп. Ј. Зизијулас, *нав. дело*, стр. 149).

pari consortio praediti et honoris et potestatis, sed exordium ab unitate proficiscitur (et primatus Petro datur), ut Ecclesia Christi una (et cathedra una) monstretur. (Et pastores sunt omnes, et grex unus ostenditur, qui ab apostolis omnibus unanimi consensione pascatur, ut Ecclesia Christi una monstretur). Quam unam Ecclesiam etiam in cantico canticorum Spiritus sanctus ex persona Domini designat et dicit: Una est columba mea, perfecta mea, una est matri suae, electa genitrici suae (Cant. 6, 8). Hanc Ecclesiae unitatem qui non tenet, tenere se fidem credit? Qui Ecclesiae renititur et resistit (qui cathedram Petri, super quem fundata est Ecclesia, deserit), in Ecclesia se esse confidit? quando et beatus apostolus Paulus hoc idem doceat et sacramentum unitatis ostendat dicens: Unum corpus et unus spiritus, una spes vocationis vestrae, unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus (Eph. 4, 4. ss.).

V. *Episcopatus in Ecclesia unitas.*

Quam unitatem firmiter tenere et vindicare debemus, maxime episcopi, qui in Ecclesia praesidemus, ut episcopatum quoque ipsum unum atque indivisum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidei veritatem perfida praevaricatione corrumpat. Episcopatus unus est, cujus a singulis in solidum pars tenetur. Ecclesia quoque una est, quae in multitudinem latius incremento foecunditatis extenditur. Quomodo solis multi radii, sed lumen unum; et rami arboris multi, sed robur unum tenaci radice fundatum; et cum de fonte uno rivi plurimi defluunt, numerositas licet diffusa videatur exundantis copiae largitate, unitas tamen servatur in origine. Avelle radium solis a corpore, divisionem lucis unitas non capit. Ab arbore frange ramos, fractus germinare non poterit; a fonte praecide rivum, praecisus arescit. Sic et Ecclesia Domini luce perfusa per orbem totum radios suos porrigit: unum

корист почиње од јединства. Да је Црква једна Дух Свети у *Песми над њесмама* устима Господњим означава ту једну Цркву и говори: „Једна је голубица моја – моја савршена. Једна је у своје мајке, избраница родитељице своје“ (Ппп. 6, 8). Да ли онај ко не чува ово јединство Цркве сматра да чува веру? Да ли онај ко се противи и одупире Цркви верује да је у Цркви, када и блажени апостол Павле то исто учи, указујући на тајну јединства када каже: „*Једно шело, један Дух, као што сће и њозвани у једну нагу... један Госјод, једна вера, једно кришћење, један Бој...*“ (Еф. 4, 4–6).

5. Јединство смо дужни да чврсто држимо и штитимо а више од свих то морамо да чинимо ми епископи који смо на челу Цркве. На тај начин доказујемо да је само епископство једно и нераздељиво. Нико нека лажу не руши богатство. Нека нико неверном преваром не искривљује истиниту веру. Епископство је једно, појединац у њему има део јер има све (*episcopatus unus est, cuius a singulis in solidum pars tenetur*). Црква је једна. Само се увећањем [броја чланова] све више повећава с обзиром на мноштво. И сунце има мноштво зрака, али је једна светлост и као што на стаблу има много грана, а ипак је то једно дрво јаким кореном укорено. Када више потока потече из једног извора, у извору имају своје јединство, иако се чини да се изобиље превеликога богатства расипа на мноштвеност. Покушај да одвојиш сунчев зрак од сунца – јединство не допушта деобу светлости. Ако се сломи грана дрвета, из онога што је сломљено неће моћи да проклија. Одсеци поток од

tamen lumen est, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis separatur. Ramos suos in universam terram copia ubertatis extendit, profluentes largiter rivos latius expandit; unum tamen caput est et origo una, et una mater foecunditatis successibus copiosa. Illius foetu nascimur, illius lacte nutrimur, spiritu ejus animamur.

VI. Non perveniet ad Christi praemia, qui relinquit Ecclesiam Christi.

Adulterari non potest sponsa Christi, incorrupta est et pudica. Unam domum novit, unius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit. Haec nos Deo servat, haec filios regno quos generavit assignat. Quisquis ab Ecclesia segregatus adulterae jungitur, a promissis Ecclesiae separatur; nec perveniet ad Christi praemia, qui relinquit Ecclesiam Christi. Alienus est, profanus est, hostis est. Habere jam non potest Deum patrem, qui Ecclesiam non habet matrem. Si potuit evadere quisquam qui extra arcam Noe fuit, et qui extra Ecclesiam foris fuerit evadit. Monet Dominus et dicit: Qui non est mecum, adversus me est; et qui non mecum colligit, spargit (Matth. 12, 30). Qui pacem Christi et concordiam rumpit adversus Christum facit. Qui alibi praeter Ecclesiam colligit Christi Ecclesiam spargit. Dicit Dominus: Ego et Pater unum sumus (Joan. 10, 30). Et iterum de Patre et Filio et Spiritu sancto scriptum est: Et hi tres unum sunt (1. Joan. 5, 7). Et quisquam credit hanc unitatem de divina firmitate venientem, sacramentis coelestibus cohaerentem, scindi in Ecclesia posse et voluntatum collidentium divortio separari?

извора и рукавац ће пресушити. Тако и Црква обасјана светлошћу Господњом, распростире своје зраке по целом свету, а јединство тела се не цепа. Обиљем плодности шири своје гране по читавој земљи. Из свега тога има мноштво потока који теку широко, али је и поред тога један извор и једно врело. Једна је мајка богата плодним успесима. Из њеног крила се рађамо, њеним млеком се хранимо и њеним Духом живимо.

6. Заручница Христова не може да учини прељубу, она је целомудрена и девствена. Има само један дом и чистом стидљивошћу чува неокаљаност једне ложнице спасавајући нас за Бога. Синове које је родила обележава за Царство. Онај ко се одели од Цркве, сједињује се с прељубницом и постаје туђ за обећања која су дата Цркви. Награде Христове неће добити ко напусти Цркву Христову. Такав је странац, безбожник и противник. Не може имати Бога за Оца онај коме Црква није мајка. Онај ко је побегао, био је изван Нојеве барке. Ко је био напољу и изван Цркве, побегао је. Господ нас опомиње и каже: „*Ко није са мном, ѿротише мене је. И ко са мном не сакуиља, расији*“ (Мт. 12, 30). Онај ко нарушава Христов мир и слогу, делује против Христа. Ко се мимо Цркве сабира, расипа Цркву Христову. Господ каже: „*Ја и Ошац једно смо*“ (Јн. 10, 30). И још је написано о Оцу и Сину и Духу Светоме: „*И Тројица су једно*“ (1. Јн. 5, 7). И онда како неко може да верује да се то јединство које извире из божанске чврстине и које је тесно везано с небеским тајнама може у Цркви разорити и раздвојити раздвајањем због супротних жеља? Ко се не држи тога јединства, не

Hanc unitatem qui non tenet, Dei legem non tenet, non tenet Patris et Filii fidem, vitam non tenet et salutem.

VII. Tunica indivisa Christi praefigurabatur unitas Ecclesiae.

Hoc unitatis sacramentum, hoc vinculum concordiae inseparabiliter cohaerentis ostenditur, quando in evangelio tunica Domini Jesu Christi non dividitur omnino nec scinditur, sed sortientibus de veste Christi quis Christum indueret, integra vestis accipitur et incorrupta atque indivisa tunica possidetur. Loquitur ac dicit Scriptura divina: De tunica autem, quia de superiore parte non consutilis, sed per totum textilis fuerat dixerunt ad invicem: Non scindamus illam, sed sortiamur de ea cujus sit (Joan. 19, 23. s.). Unitatem ille portabat de superiore parte venientem, id est de coelo et a Patre venientem, quae ab accipiente ac possidente scindi omnino non poterat, sed totam simul et solidam firmitatem inseparabiliter obtinebat. Possidere non potest indumentum Christi qui scindit et dividit Ecclesiam Christi. Contra denique cum Salomone moriente regnum ejus et populus scinderetur, Achias propheta Jeroboam regi obvius factus in campo, in duodecim scissuras vestimentum suum discidit dicens: Sume tibi decem scissuras, quia haec dicit Dominus: Ecce scindo regnum de manu Salomonis et dabo tibi decem scepra, et duo scepra erunt ei propter servum meum David et propter Hierusalem civitatem quam elegi, ut ponam nomen meum illic (3. Reg. 11, 31. ss.). Cum duodecim tribus Israel scinderentur, vestimentum suum propheta Achias discidit. At vero quia Christi populus non potest scindi, tunica ejus per totum textilis et cohaerens divisa a possidentibus non est. Individua, copulata, connexa ostendit populi

врши закон Божији, не чува веру у Оца и Сина. Такав се не држи ни живота ни спасења.⁸

7. Тајна јединства и тај вез слоге која је неподељиво и уско везана показује се када се у Јеванђељу хаљина Господа Исуса Христа уопште не дели и не кида већ се, пошто су бацили коцку за хаљину Христову да би изабрало ко ће је обући, добија цела па се зато неоштећена и неподељена поседује. Божанско Писмо говори и каже: „А долама не беше шивена нешто изаткана изједна. Онда рекоше међу собом: Да је не деремо, нешто да бацимо коцку за њу коме ће припасти“ (Јн. 19, 23–24). Христос је носио јединство које долази „с више“ (Јн. 19, 23) – с неба и од Оца. Онај који прими и има ово јединство, никако га не може раскинути. Оно (јединство) је једном непроменљиво стакло савршену и јаку чврстину. Христову одећу не може имати онај ко раздељује и комада Христову Цркву. Када је Соломон умро, поделило се његово царство и народ. Пророк Ахија, изашавши у поље у сусрет цару Јеровоаму, раздра своје одело на девет делова и рече: „Узми за себе десет делова јер овако каже Господ: Ево из руке Соломонове одузимам царство. Теби ћу дати десет жезала. Два ће жезла бити за њега због слуге мога Давида и због трага Јерусалема који одабрах да тамо ставим своје име“ (1. Цар. 11, 31–36). Када се, дакле, дванаест израиљских племена поделише, пророк Ахија покида своје одело. Христов народ се међутим не може разделити. Зато ни Христову доламу која је изаткана и тесно збијена не поделише они који су је имали. То што је остала неподељена, сједињена и спојена, истиче уску

⁸ Треба запазити ово важно повезивање тријадологије са еклисиологијом. Начин живота Цркве је начин Божанског постојања.

nostri, qui Christum induimus, concordiam cohaerentem. Sacramento vestis et signo declaravit Ecclesiae unitatem.

VIII. Verbis et typis inculcatur unitas Ecclesiae in divinis libris.

Quis ergo sic est sceleratus et perfidus, quis sic discordiae furore vesanus, ut aut credat scindi posse aut audeat scindere unitatem Dei, vestem Domini Ecclesiam Christi? Monet ipse in evangelio suo et docet dicens: Et erit unus grex et unus pastor (Joan. 10, 16). Et esse posse uno in loco aliquis existimat aut multos pastores aut plures greges? Apostolus item Paulus hanc eandem nobis insinuans unitatem obsecrat et hortatur dicens: Obsecro, inquit, vos fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes, et non sint in vobis schismata. Sitis autem compositi in eodem sensu et in eadem sententia (1. Cor. 1, 10). Et iterum dicit: Sustinentes invicem in dilectione, satis agentes servare unitatem spiritus in conjunctione pacis (Eph. 4, 2. s.). Stare tu et vivere putas posse de Ecclesia recedentem, sedes sibi alias et diversa domicilia condentem, cum dictum sit ad Rahab, in qua praeformabatur Ecclesia: Patrem tuum et matrem tuam et fratres tuos et totam domum patris tui colliges ad te ipsam in domum tuam, et omnis qui exierit ostium domus tuae foras reus sibi erit (Jos. 2, 18. s.). Item sacramentum Paschae nihil aliud in Exodi lege contineat quam ut agnus, qui in figura (f. in figuram) Christi occiditur, in domo una edatur. Loquitur Deus dicens: In domo una comedetur, non ejicietis de domo carnem foras (Ex. 12, 46). Caro Christi et sanctum Domini ejici foras non potest, nec alia ulla credentibus praeter unam Ecclesiam domus est. Hanc domum, hoc unanimatis hospitium designat et denunciat Spiritus sanctus in Psalmis dicens: Deus qui inhabitare facit unanimes in domo (Ps. 67, 7). In domo

слогу нашега народа, нас који се „у Христѡа обукосмо“ (Гал. 3, 27). Јединство Цркве исказује се и тајном одеће.

8. Ко је дакле, тако покварен и тако неверан и тако безуман од махнитости свађе па помишља да може да развргне, или се усуђује да разара, Божије јединство, Господњу хаљину, Цркву Христову? Сам Христос у своме Јеванђељу опомиње и учи говорећи: „И биће једно сѡаго и један ѡасѡир“ (Јн. 10, 16). И како онда неко мисли да на истом месту може бити много пастира или много стада?! Тако нам и Апостол Павле усађује исто јединство. Моли, подстиче и говори: „Молим вас, ѡак, браћо, именован Госѡода нашеѡа Исуса Христѡа да сви истѡ ѡовориѡе, и да не буду међу вама раздори, неѡ да будете ѡтврђени у истѡом разуму и у истѡј мисли“ (1. Кор 1, 10). И опет говори: „ѡодносећи један груѡѡа у ѡубави, сѡарајући се да чувате јединство Духа свезом мира“ (Еф. 4, 2–3). Зар мислиш да може да опстане и живи онај ко отпадне од Цркве и себи начини друге столице и различита пребивалишта? Рави, која била пралик Цркве – било је казано: „К себи, у свој дом, ѡрикући оца своѡа, и мајку своју, и браћу своју и сву кућу своѡа оца. Ко ѡређе ѡраѡ дома ѡвоѡа биће најѡљу и сам ће себи бити кривац“ (Инав. 2, 18–19). И Пасха садржи исту тајну у заповести о изласку. Заповеђено је да се јагње што се коље као пралик Христов у једној кући једе. Бог каже: „Нека се у једној кући ѡѡеде. Не избацијте месо ван куће“ (Изл. 12, 46). Тело Христово и евхаристија не могу се избацити напоље. Верни немају другог дома осим једине Цркве. Тај дом, тј. гостионицу једномислености Дух Свети показује и најављује када у Псалмима говори: „Боѡ даје да једномислени бораве у дому“ (Пс. 67, 7). У Христовој Цркви

Dei, in Ecclesia Christi, unanimes habitant, concordantes et simplices perseverant.

IX. In Ecclesia unanimes, concordantes et simplices perseverant.

Idcirco et in columba venit Spiritus sanctus, simplex animal et laetum est, non felle amarum, non morsibus saevum, non unguium laceratione violentum, hospitia humana diligere, unius domus consortium nosse, cum generant, simul filios edere, cum commeat, volatibus invicem cohaerere, communi conversatione vitam suam degere, oris osculo concordiam pacis agnoscere, legem circa omnia unanimatis implere. Haec est in Ecclesia noscenda simplicitas, haec caritas obtinenda, ut columbas dilectio fraternitatis imitetur, ut mansuetudo et lenitas agnis et ovibus aequetur. Quid facit in pectore christiano luporum feritas, et canum rabies, et venenum lethale serpentum, et cruenta saevitia bestiarum? Gratulandum est cum tales de Ecclesia separantur, ne columbas, ne oves Christi saeva sua et venenata contagione praedentur. Cohaerere et conjungi non potest amaritudo cum dulcedine, caligo cum lumine, pluvia cum serenitate, pugna cum pace, cum foecunditate sterilitas, cum fontibus siccitas, cum tranquillitate tempestas. Nemo existimet bonos de Ecclesia posse discedere. Triticum non rapit ventus nec arborem solida radice fundatam procella subvertit. Inanes paleae tempestate jactantur, invalidae arbores turbinis incursione evertuntur. Hos execratur et percutit Joannes apostolus dicens: Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum (1. Joan. 2, 19).

X. Haeresis origo scissionis.

Hinc haereses et factae sunt frequenter et fiunt, dum perversa mens non habet pacem, dum perfidia discordans non tenet unitatem. Fieri vero haec Dominus permittit et patitur,

бораве једномислени. Они који су јединствени и прости могу устрајати.

9. Стога је и Дух Свети дошао „као голуб“ (Лк. 3, 22). Голуб је проста и радосна животиња. Жуч га не чини горким, не уједа љутито, нити раздире канцама. Голуб воли људске насеобине. Он уме да припада једном дому. Када се голубови паре, заједнички подижу младе а када лете, лете у јату. Живот проводе у заједници. Слогу мира показују пољупцем у уста. У свему извршавају закон једномислености. Ту једномисленост треба видети у Цркви и ту љубав имати. Љубав према браћи мора се угледати на голубове. Кротост и благост нека се изједначе с јагањцима и овцама. Има ли места у хришћанскоме срцу за вучје дивљаштво, пасји бес, смртоносни отров змије и крвожедност осталих звери? Треба бити задовољан када се такви одвоје од Цркве да својом бесном и отровном zarazom не ухвате Христове голубове и овце. Не може се помешати нити сјединити горко са слатким, тама и светлост, киша с ведрином, рат с миром, с плодношћу неплодност, с изворима суша, с тишином олуја. Нико нека не помисли да се они који су добри могу оделити од Цркве. Пшенично зрно ветар не може да дохвати. Стабло које има снажан корен олуја на може да обори. Олуја носи (само) безвредну пlevу. Када дуне јак ветар слаба стабла се савијају. Апостол Јован такве проклиње и напада говорећи: „Од нас изиђоше, али не беху од нас; јер да беху од нас, остали би са нама“ (1. Јн. 2, 19).

10. Јереси су често настајале и настају јер покварени ум нема мира и неверни расколник не држи се јединства. Господ допушта и трпи да се лажна учења појављују јер остаје на снази расуђивање

manente propriae libertatis arbitrio; ut dum corda nostra et mentes nostras veritatis discrimen examinat, probatorum fides integra manifesta luce clarescat. Per apostolum praemonet Spiritus sanctus et dicit: Oportet haereses esse, ut probati manifesti sint in vobis (1. Cor. 11, 19). Sic probantur fideles, sic perfidi deteguntur. Sic et ante iudicii diem hic quoque jam justorum atque injustorum animae dividuntur, et a frumento paleae separantur. Hi sunt qui se ultro apud temerarios convenas sine divina dispositione praeficiunt, qui se praepositos sine ulla ordinationis lege constituunt, qui nemine episcopatum dante, episcopi sibi nomen assumunt; quos designat in psalmis Spiritus sanctus sedentes in pestilentiae cathedra, pestes et lues fidei, serpentis ore fallentes, et corrumpendae veritatis artifices, venena lethalia linguis pestiferis evomentes: quorum sermo ut cancer serpit, quorum tractatus pectoribus et cordibus singulorum mortale virus infundit.

XI. Scissionis auctores cavendi sunt.

Contra ejusmodi clamat Dominus, ab his refrenat et revocat errantem plebem suam dicens: Nolite audire sermones pseudoprophetarum, quoniam visiones cordis eorum frustrantur eos. Loquuntur, sed non ab ore Domini. Dicunt eis qui abjiciunt verbum Dei: Pax erit vobis et omnibus ambulanti in errore cordis sui, non venient super te mala. Non locutus sum ad eos, et ipsi prophetaverunt. Si stetissent in substantia mea, et audissent verba mea, et si docuissent populum meum, convertissem eos a malis cogitationibus eorum (Jer. 23, 16. ss.). Hos eosdem denuo Dominus designat et denotat dicens: Me dereliquerunt fontem aquae vitae, et effoderunt sibi lacus

сопственом слободом. Када разликовање истине од лажи испита наша срца и умове, у јасном светлу заблиста целовита вера оних који су искушани. Унапред нас упозорава Дух Свети када преко апостола говори: „*Јер треба и подвајања да буду међу вама, да се покажу који су постојани међу вама*“ (1. Кор. 11, 19). На тај начин се верни испитују а неверници бивају разоткривени. И тако се раздељују душе праведних од неправедних и пре дана Суда, одваја се кукољ од жита. Зато, између осталог, долазе они који се без божанске воље постављају за настојатеље (епископе) код неразборитих присталица. Постављају се за предстојатеље без икаквог законитог рукоположења. Присвајају себи звање епископа, иако им епископство нико није (пре)дао. У Псалмима Дух Свети такве означава као људе који седе на столици куге. Они су губа и помор вере, надвладавају змијским језиком и вешти су у кварењу истине. Ђују из уста смртоносне отрове (Пс. 1, 1). Реч њихова као жива рана разједа око себе (2. Тим 2, 17). Њихови списи уливају смртоносни отров у срца и душе свакога.

11. Против таквих људи Господ виче, заустављајући и одвраћајући од њих народ свој који лута. Говори: „*не слушајте шџа говоре лажни пророци. Варају их виђења њиховој срца. Говоре, али не из Господњих уста. Зборе онима који одбацују реч Божју: мир ће бити с вама и свима који ходе по власијим жељама. Ни на која ко је у заблуди срца своја неће доћи зла. Њима нисам говорио, а ипак су прорицали. Да су остали код моја савета и послушали речи моје и да су научили мој народ, обрадио бих и њих од њихових злих мисли*“ (Jer. 23, 16–17.21–22). Исте те Господ поново означава и наводи када каже: „*Оставише*

detritos, qui non possunt aquam portare (Jer. 2, 13). Quando aliud baptisma praeter unum esse non possit, baptizare se posse opinantur. Vitae fonte deserto, vitalis et salutaris aquae gratiam pollicentur. Non abluuntur illic homines, sed potius sordidantur; nec purgantur delicta, sed imo cumulantur. Non Deo nativitas illa sed diabolo filios generat. Per mendacium nati veritatis promissa non capiunt; de perfidia procreati, fidei gratiam perdunt. Ad pacis praemium venire non possunt, qui pacem Domini discordiae furore ruperunt.

XII. Dominus cum pacificis est.

Nec se quidam vana interpretatione decipiant quod dixerit Dominus: Ubicumque fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum (Matth. 18, 19. s.). Corruptores evangelii atque interpretes falsi extrema ponunt et superiora praetereunt, partis memores, et partem subdole comprimentes. Ut ipsi ab Ecclesia scissi sunt, ita capituli unius sententiam scindunt. Dominus enim cum discipulis suis unanimatem suaderet et pacem: Dico, inquit, vobis, quoniam si duobus ex vobis convenerit in terra, de omni re quamcunque petieritis, continget vobis a Patre meo, qui in coelis est. Ubicumque enim fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum, ostendens non multitudini, sed uanimitati deprecantium plurimum tribui. Si duobus, inquit, ex vobis convenerit in terra, unanimatem prius posuit, concordiam pacis ante praemisit, ut conveniat nobis fideliter

ме – извор живе воде. Себи ископаше слабе зденце који не моју држати воду“ (Jer. 2, 13). Пошто не може бити другог крштења осим оног једнога, они умишљају да се крсте (тј. да имају Тајну крштења). Извор живота су напустили а обећавају благодат животодавне и спасоносне воде.⁹ Тамо се (приликом јеретичког крштења) људи не перу већ у ствари блате. Греси се не опраштају него се гомилају. Такво рођење не рађа децу Божију већ ђавољу. Лажју рођени, не разумеју обећање истине. Пошто су од невере произашли, губе благодат вере и не могу достићи заслугу мира они који мир Господњи раскидоше махнутошћу неслоге.

12. Нека се нико не вара погрешним тумачењем онога што је Господ казао: „*где су два или три сабрана у име моје, онде сам и ја међу њима*“ (Мт. 18, 20). Они лажни тумачи који кваре Јеванђеље то наводе, а прећуткују оно што је претходно казано. Наводе један део док други лукаво прикривају. Као што су сами одсечени од Цркве, тако одсецају и смисао овог стиха. Када је Господ својим ученицима на срце стављао једномислије и мир, рекао је: „*Заиста вам кажем: ако се два од вас сложе на земљи, у било којој ствари за коју се узмоле даће им Отац мој који је на небесима. Јер где су два или три сабрана у име моје, онде сам и ја међу њима*“ (Мт. 18, 19–20). Господ показује да се не даје више множини него простодушности оних који моле. Вели: „*ако се два од вас сложе на земљи [...]*“. Раније је истакао једномисленост и ставио је испред свега слогу мира, непрекидно и истрајно учећи

⁹ Кипријан има јаку свест о Тајни Крштења, као Тајни уласка у Цркву. Зато је за њега незамисливо признавање крштења оних који су ван Цркве. Видети о овоме чланак о. Георгија Флоровског, *О границама Цркве*.

et firmiter docuit. Quomodo autem potest ei cum aliquo convenire, cui cum corpore ipsius Ecclesiae et cum universa fraternitate non convenit? Quomodo possunt duo aut tres in nomine Christi colligi, quos constat a Christo et ab ejus evangelio separari? Non enim nos ab illis, sed illi a nobis recesserunt. Et cum haereses et schismata postmodum nata sint, dum conventicula sibi diversa constituunt, veritatis caput atque originem reliquerunt. Dominus autem de Ecclesia sua loquitur, et ad hos qui sunt in Ecclesia loquitur, ut si ipsi concordēs fuerint, si secundum quod mandavit et monuit, duo aut tres licet, collecti unanimiter oraverint, duo aut tres licet sint, impetrare possint de Dei majestate quod postulant. Ubicunque fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego, inquit, cum eis sum, cum simplicibus scilicet atque pacatis, cum Deum timentibus et Dei praecepta servantibus. Cum his duobus vel tribus licet esse se dixit, quomodo et cum tribus pueris in camino ignis fuit, et quia in Deum simplices atque inter se unanimes permanebant, flammis ambientibus medios spiritu roris animavit. Quomodo apostolis duobus in custodia clausis, quia simplices, quia unanimes erant, ipse adfuit, ipse resolutis carceris claustris, ut verbum quod fideliter praedicabant multitudini traderent, ad forum rursus imposuit. Quando ergo in praeceptis suis ponit et dicit: Ubi fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum, non homines ab Ecclesia dividit qui instituit et fecit Ecclesiam, sed exprobrans discordiam perfidis, et fidelibus pacem sua voce commendans, ostendit magis esse se cum duobus aut tribus unanimiter orantibus quam cum dissidentibus plurimis, plusque impetrari posse paucorum concordii prece quam discordiosa oratione multorum.

да се морамо слагати. Али, како се може с неким слагати онај ко није слојан са самим телом Цркве и са свом браћом? Како се два или три могу састати у Христово име ако су одељени од Христа и његовог Јеванђеља? Јер нисмо ми отишли од њих него они од нас. Јереси и расколи настали су касније. Када, дакле, стварају за себе одељене скупштине, напуштају врело и извор истине. Док Господ говори о својој Цркви и говори онима који су у Цркви, да ако буду слојни, ако се буду по његовој вољи и заповести једномислено молили, чак и ако се скупе само два или три, могу измолити од Божијега величанства оно што траже. Јер каже: „*Иде су два или три сабрана у име моје, онде сам и ја међу њима*“. Он је са простима и мирнима, са онима који се боје Бога и врше заповести Његове. Господ каже да је са њима, иако су [само] двојица или тројица. Тако је било и са тројицом младића у огњеној пећи (Дан. 3, 1–17). Пошто су пред Богом били смирени и међусобно слојни, освежавао их је росом усред огња који их је окруживао. Био је тако и уз двојицу Апостола затворених у тамници јер су били смирени и једномислени. Отворивши врата тамнице, опет их је довео на трг да пренесу народу реч коју су верно проповедали (Дап. 5, 19). У заповести своје, дакле, ставља и говори: „*Иде су два или три сабрана у име моје, онде сам и ја међу њима*“. Али не одваја тиме људе од Цркве Онај који је Цркву установио и Који је твори. Он невернима замера неслогу, а својом речју вернима препоручује мир, учећи нас да је боље бити с двојицом или тројицом који се моле једномислено него с бројним расколницима. Такође показује да се више постиже слојном молитвом неколицине, него неслојном молитвом многих.

XIII. Pacatum Deum habere non potest, qui cum fratre pacem non habet.

Ideo et cum orandi legem daret, addidit dicens: Et cum steteritis ad orationem, remittite si quod habetis adversus aliquem, ut et Pater vester qui in coelis est remittat vobis peccata (Marc. 11, 25). Et ad sacrificium cum dissensione venientem revocat ab altari, et jubet prius concordare cum fratre, tunc cum pace redeuntem Deo munus offerre, quia nec ad Cain munera respexit Deus. Neque enim pacatum habere Deum poterat, qui cum fratre pacem per zeli discordiam non habebat. Quam sibi igitur pacem promittunt inimici fratrum? quae sacrificia celebrare se credunt aemuli sacerdotum? An secum esse Christum cum collecti fuerint opinantur, qui extra Christi Ecclesiam colliguntur?

XIV. Schismatis crimen nec sanguine abluitur.

Tales etiamsi occisi in confessione nominis fuerint, macula ista nec sanguine abluitur. Inexpiabilis et gravis culpa discordiae nec passione purgatur. Esse martyr non potest, qui in Ecclesia non est. Ad regnum pervenire non poterit, qui eam quae regnatura est dereliquit. Pacem nobis Christus dedit, concordans atque unanimes esse praecepit, dilectionis et caritatis foedera incorrupta atque inviolata (servari) mandavit. Exhibere se non potest martyrem, qui fraternam non tenuit caritatem. Docet hoc et contestatur Paulus apostolus dicens: Et si habuero fidem ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil sum. Et si in cibos pauperum distribuero omnia mea et si tradidero corpus meum ut ardeam, caritatem autem non habeam, nihil proficio. Caritas magnanima est, caritas benigna est, caritas non aemulatur,

13. Из тог разлога када је дао правило молитве, рекао је и ово: „И кад стојите на молитви, прашијате ако што имате против кога; да и Отац ваш који је на небесима оћрости вама саћрешња ваша“ (Мк. 11, 25). А онога који у неслози приступа жртви са олтара позива и заповеда му да се прво измири са братом па да се затим врати с миром и принесе Богу жртву (Мт. 5, 23). Јер Каинове жртве Бог није ни погледао (Пост. 4, 5) јер није могао да живи у миру са Богом онај ко није имао са братом мир због неслоге и зависти. Какав мир обећавају себи они који су браћи непријатељи? Које жртве приносе они који свештеницима завиде? Када се окупљају сматрају да је Христос са њима, а окупљају се ван Цркве Христове?!

14. Такви, ако пострадају и док исповедају Име (Христово) (ништа им не помаже), (јер) та се љага не може спрати ни крвљу. Тежак је и неопростив грех раскола и он се не може очистити ни мучеништвом. Не може да буде мученик (*сведок – мартир*) онај ко није у Цркви нити може доћи у Царство (Божије) онај ко напусти ону (Цркву) која ће тамо царевати. Христос нам је дао мир и заповест да будемо сложни и једномислени. Заповедио је да имамо неоскврњену и непорочну свезу љубави и пажње. Онај ко није љубио браћу не може бити мученик. То и апостол Павле сведочи када каже: „И ако имам сву веру да и горе премештам, а љубави немам ништа сам. И ако раздам све имање своје, и ако предам тело своје да се сажеже, а љубави немам, ништа ми не користи. Љубав дуго шри, благодворна је, љубав не завиди, љубав се

non agit perperam, non inflatur, non irritatur, non cogitat malum, omnia diligit, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Caritas nunquam excidet (1. Cor. 13, 2. ss.). Nunquam, inquit, excidet caritas. Haec enim semper in regno erit, haec in aeternum fraternitatis sibi cohaerentis unitate durabit. Ad regnum coelorum non potest pervenire discordia. Ad praemium Christi, qui dixit: Hoc est mandatum meum, ut diligatis invicem, quemadmodum dilexi vos (Joan. 15, 12), pertinere non poterit, qui dilectionem Christi perfida dissensione violavit. Qui caritatem non habet, Deum non habet. Joannis beati apostoli vox est: Deus, inquit, dilectio est, et qui manet in dilectione, in Deo manet, et Deus in illo manet (1. Joan. 4, 16). Cum Deo manere non possunt, qui esse in Ecclesia Dei unanimes noluerunt. Ardeant licet flammis et ignibus traditi, vel objecti bestiis animas suas ponant, non erit illa fidei corona, sed poena perfidiae, nec religiosae virtutis exitus gloriosus, sed desperationis interitus. Occidi talis potest, coronari non potest. Sic se christianum esse profitetur quomodo et Christum diabolus saepe mentitur, ipso Domino praemonente et dicente: Multi venient in nomine meo dicentes: Ego sum Christus, et multos fallent (Marc. 13, 6). Sicut ille Christus non est, quamvis fallat in nomine, ita nec christianus videri potest, qui non permanet in evangelii ejus et fidei veritate.

XV. Praeceptis et monitis divinis obtemperandum est.

Nam et prophetare et daemonia excludere et virtutes magnas in terris facere sublimis utique et admirabilis res est, non tamen regnum coeleste consequitur quisquis in his omnibus invenitur, nisi recti et justii itineris observatione gradiatur. Denunciat Dominus et

не ѿорди, не надима се, не чини што не ѿрисиѿоји, не шражи своје, не раздражује се, не мисли о злу. Све сноси, свему се нада, све шрпи. Љубав никада не ѿресиѿаје...“ (1. Кор. 13, 2–5.7–8). Рече: „Љубав никада не ѿресиѿаје“. Христос је рекао: „Ово је зайовесѿи моја – да љубишѿе једни друѿе као што ја вас љубим“ (Јн. 15, 12). Не може достићи (Царство) онај ко је нарушио љубав Христову неверним расколом. Онај ко љубави нема, ни Бога нема. Ово је реч блаженога Апостола Јована: „Бој је љубав, и који пребива у љубави, у Боју пребива и Бој у њему“ (1. Јн. 4, 16). Не могу са Богом остати они који нису хтели да буду истог ума у Цркви Божијој. Чак и да изгоре у огњу и живот свој положи предани огњу или бачени пред звери, то неће бити венац вере већ казна за неверје. То неће бити славни свршетак у сили вере већ разорење очаја. Такав може да буде погубљен, али овенчан не може бити. Представља се као хришћанин на исти начин као што и ђаво често лажно представља да је Христос. Сам Господ опомиње унапред и каже: „Многи ће доћи у моје име ѿворећи: ја сам (Христос). И многе ће ѿреварити“ (Мк. 13, 6). Као што ђаво није Христос, иако вара Његовим именом, тако не може да буде хришћанин онај ко не остане у истини вере и Јеванђеља Христовог.

15. Прорицати, изгонити нечисте духове и чинити на земљи велика дела, свакако је чудесно и племенито. Царство небеско ипак не достиже онај ко се у свему томе затекне ако не пази на прави и праведни пут. Господ објављује и каже: „Многи ће ми рећи у онај дан: Госпoде, Госпoде, нисмо ли у име твоје ѿроковали,

dicit: Multi mihi dicent in illo die: Domine, Domine, nonne in tuo nomine prophetavimus, et in tuo nomine daemona exclusimus, et in nomine tuo virtutes magnas fecimus? Et tunc dicam illis: Nunquam vos cognovi, recedite a me qui operamini iniquitatem (Matth. 7, 22. s.). Justitia opus est, ut promereri quis possit Deum judicem. Praeceptis ejus et monitis obtemperandum est, ut accipiant merita nostra mercedem. Dominus in evangelio suo, cum spei et fidei nostrae viam compendio breviantem dirigeret: Dominus Deus tuus, inquit, Deus unus est; et: Diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo, et de tota anima tua, et de tota virtute tua. Hoc est primum mandatum; et secundum simile huic: Diliges proximum tuum tamquam te. In his duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae (Marc. 12, 29. ss.). Unitatem simul et dilectionem magisterio suo docuit, prophetas omnes et legem praeceptis duobus inclusit. Quam vero unitatem servat, quam dilectionem custodit aut cogitat, qui discordiae furore vesanus Ecclesiam scindit, fidem destruit, pacem turbat, caritatem dissipat, sacramentum profanat?

XVI. Schismata praedicta sunt.

Malum hoc, fidelissimi fratres, jam pridem coeperat; sed nunc crevit ejusdem mali infesta clades, et exurgere ac pullulare plus coepit haereticae perversitatis et schismatum venenata perniciosa, quia et sic in occasu mundi fieri oportebat, praenunciante per apostolum nobis et praemonente Spiritu sancto: In novissimis, inquit, diebus aderunt tempora molesta, et erunt homines sibi placentes, superbi, tumidi, cupidi, blasphemii, parentibus in dicto non audientes, ingrati,

и *твојим* именом демоне изтонули, и *твојим* именом чудеса многа *творили*? И *тада* ћу им јавно казати: Никада вас нисам знао; *идите* од мене ви који чините *безаконје*“ (Мт. 7, 22–23). Праведност је потребна да би неко могао да заслужи награду од Бога као судије. Морамо се покоровати заповестима и опоменама Божијим да бисмо добили награду за своје заслуге. Кратко и сажето Господ у Јеванђељу износи пут наше наде и вере, и говори: „*Господ* Бој наш је *Господ* једини; И *љуби* *Господа* Боја своја свим срцем својим и свом душом својом, и свим умом својим, и свом снајом својом. Ово је *прва* *заповест*. И *група* ја као и ова: *Љуби* *ближњег* својег као *самог* себе. На ове две *заповести* висе сав *Закон* и *пророци*“ (Мк. 12, 29–30). Поучавао је (Христос) у исто време и јединству и љубави. Сав Закон и пророке укључио је у ове две заповести. Али које то јединство чува и какву љубав има онај ко чини раздор у Цркви и који је бесан махнитошћу неслоге те стога руши веру, квари мир, расипа љубав и бешчисти Тајну (евхаристије)?

16. Већ је раније почело ово зло, верна браћо, али је тек сада израстао његов погубни плод. Све се више уздижу и узимају маха смртоносне и отровне јереси покварености и раскола. Јер тако мора да се догоди на крају света. Прорекао је и наговестио преко Апостола Дух Свети и опоменуо, рекавши: „*Али* ово знај да ће у *последње* дане *настати* *тешка* времена. Јер ће *људи* бити *самољубиви*, *среброљубиви*, *хвалисави*, *тордељивци*, *хулници*, *нејошлушни* *родитељима*, *неблагодарни*, *нејобожни*,

impii, sine affectu, sine foedere, delatores, incontinentes, immites, bonum non amantes, proditores, procaces, stupore inflati, voluptates magis quam Deum diligentes, habentes deformationem religionis; virtutem autem ejus abnegantes. Ex iis sunt qui repunt in domos, et praedantur mulierculas oneratas peccatis, quae ducuntur variis desideriiis, semper discentes, et nunquam ad scientiam veritatis pervenientes. Et quomodo Jamnes et Mambres restiterunt Moysi, sic et hi resistunt veritati, sed non proficient plurimum. Imperitia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut et illorum fuit (2. Tim. 3, 1. ss.). Adimplentur quaecunque praedicta sunt, et appropinquante jam seculi fine, hominum pariter ac temporum probatione venerunt. Magis ac magis adversario saeviente error fallit, extollit stupor, livor incendit, cupiditas excoecat, depravat impietas, superbia inflat, discordia exasperat, ira praecipitat.

XVII. Schismatici fugiendi sunt.

Non tamen nos moveat aut turbet multorum nimia et abrupta perfidia, sed potius fidem nostram praenunciatae rei veritate corroboret. Ut quidam tales esse coeperunt, quia haec ante praedicta sunt, ita ceteri fratres ab ejusmodi caveant, quia et haec ante praedicta sunt, instruite Domino et dicente: Vos autem cavete, ecce praedixi vobis omnia (Marc. 13, 23). Vitae, quaeso vos (fratres), ejusmodi homines, et a latere atque auribus vestris perniciose colloquia velut contagium mortis arcete, sicut scriptum est: Sepi aures tuas spinis, et noli audire linguam nequam (Eccli. 28, 28). Et iterum: Corrupt

безосећајни, нејомирљиви, клеветници, неузддрљиви, сурови, недоброљубиви, издајници, најрасишти, надувени, више сластољубиви него бољољубиви, који имају изглед јобожности а њезине силе су се одрекли. И клони се ових. Јер су од ових они који се увлаче у куће и заводе жене које су најоварене гресима и вођене различитим јожудима. Које се свагда уче, и никад не моју да дођу до јознања истине. Као што се Јаније и Јамврије јрошвише Мојсију, тако се и ови јрошвише истини, људи изојаченоја ума, нејоузгани у вери. Али неће више најредовати; јер ће њихово безумље јостати очигледно свима, као што се десило и са онима“ (2. Тим. 3, 1–9). Обистињује се све што је проречено. будући да се крај света већ примиче и већ је наступио, што доказују и људи и времена. Уз бес непријатеља све више и више уништава заблуда, глупост уздиже, завист распирује, себичност заслепљује, непобожност квари, понос надима, неслога распаљује, гнев упропашћује.

17. Нека нас ипак прекомерно и нагло неверништво (отпадништво) многих не погађа или узнемирава, већ нека радије ојача наша вера јер се обистињује оно што је наговештено. Јер као што су неки су постали овакви како је раније казано, нека се тако остала браћа чувају таквих, јер је и то раније предсказано када нас Господ подучава и говори: „Али ви се чувајте; ево све сам вам казао унајред“ (Мк. 13, 23). Молим вас, браћо, избегавајте такве људе, и као смртну заразу одагнајте од себе и својих ушију обесне разговоре. Као што је написано: „ојради своје уши шрњем и не

ingenia bona confabulationes pessimae (1. Cor. 15, 33). Docet Dominus et admonet a talibus recedendum. Coeci sunt, inquit, duces coecorum. Coecus autem coecum ducens simul in foveam cadunt (Matth. 15, 14). Aversandus est talis atque fugiendus quisquis fuerit ab Ecclesia separatus. Perversus est hujusmodi et peccat, et est a semetipso damnatus. An esse sibi cum Christo videtur qui adversus sacerdotes Christi facit, qui se a cleri ejus et plebis societate secernit? Arma ille contra Ecclesiam portat, contra Dei dispositionem repugnat. Hostis altaris, adversus sacrificium Christi rebellis, pro fide perfidus, pro religione sacrilegus, inobsequens servus, filius impius, frater inimicus, contemptis episcopis et Dei sacerdotibus derelictis, constituere audet aliud altare, precem alteram illicitis vocibus facere, dominicae hostiae veritatem per falsa sacrificia profanare, nec scire quoniam qui contra ordinationem Dei nititur, ob temeritatis audaciam divina animadversione punitur.

XVIII. Schismaticorum poenae in Veteri Testamento.

Sic Chore et Dathan et Abiron, qui sibi contra Moysen et Aaron sacerdotem sacrificandi licentiam vindicare conati sunt, poenas pro suis statim conatibus pependerunt (Num. 16, 27). Terra compagibus ruptis in profundum sinum patuit, stantes atque viventes recedentis soli hiatus absorbit. Nec tantum eos qui auctores fuerant Dei indignantis ira percussit, sed et ceteros ducentos quinquaginta participes ejusdem furoris et comites, qui coagulati cum iisdem

слушај језик безбожно!“ (Сир. 28, 24).¹⁰ И опет: „Зли разговори кваре добре обичаје“ (1. Кор. 15, 33). Господ нас учи и опомиње да се клонимо таквих, говорећи: „Слеји су вођи слејима. А слеј слејота ако води, оба ће у јаму њаси“ (Мт. 15, 14). Од свакога ко се одвојио од Цркве морамо се окренути и побећи. Такав је покварен и грешни, сам себе осуђујући (Тит 3, 11). Да ли мисли да има Христа онај ко ради против Христових свештеника те се одваја од заједништва са његовим свештенством и народом? Такав носи оружје против Цркве и бори се против Божије одредбе. Тај је противник олтара, буни се против жртве Христове, неверан је уместо да је веран, светован у односу на веру, непокорни слуга, безбожни син, непријатељски брат који презревши епископе и оставивши свештенике Божије, усуђује се да подигне други жртвеник да обавља другу молитву речима за које није добио овлашћење, оскрнављујући истину Господњу лажним жртвама, не знајући да онога ко се противи Божијем поретку чека божанска казна.

18. Тако су Кора, Датан и Авирон, који су покушали да присвоје право на жртвовање противећи се Мојсију и Арону, одмах били кажњени за своје покушаје. Земља је, сломивши своје везе, отворила дубоку провалију, и процеп који је повлачио земљу прогутао је људе док су живи стајали. Није међутим, гнев озлојеђеног Бога ошинуо само оне који су били вође; исто тако је и осталу двестапедесеторицу као судеонике и сараднике истог лудила, повезане са њима у смелости – спалио огањ који од Бога излази осветом која није чекала. Тако опомиње и показује да је

¹⁰ Овако стоји код Св. Кипријана и у Вулгати.

simul ad audaciam fuerant, exiens a Domino ignis properata ultione consumpsit, admonens scilicet et ostendens contra Deum fieri quidquid improbi fuerint ad destruendam ordinationem Dei humana voluntate conati. Sic et Ozias rex, cum thuribulum ferens et contra legem Dei sacrificium sibi violenter assumens, resistente sibi Azaria sacerdote, obtemperare nollet et cedere, divina indignatione confusus et leprae varietate in fronte maculatus est, ea parte corporis notatus offenso Domino, ubi signantur qui Dominum promerentur (2. Paral. 26, 19). Et filii Aaron, qui imposuerunt altari ignem alienum, quem non praeceperat Dominus, in conspectu statim Domini vindicantis exincti sunt.

XIX. Gravitas criminis schismatis.

Quos imitantur scilicet atque sectantur qui Dei traditione contempta alienas doctrinas appetunt et magisteria humanae institutionis inducunt; quos increpat Dominus et objurgat in evangelio suo dicens: Rejicitis mandatum Dei, ut traditionem vestram statuatis (Marc 7, 9). Pejus hoc crimen est quam quod admisisse lapsi videntur; qui tamen in poenitentia criminis constituti Deum plenis satisfactionibus deprecantur. Hic Ecclesia quaeritur et rogatur, illic Ecclesiae repugnatur; hic potest necessitas fuisse, illic voluntas tenetur in scelere. Hic qui lapsus est sibi tantum nocuit, illic qui haeresim vel schisma facere conatus est multos secum trahendo decepit. Hic animae unius est damnum, illic periculum plurimorum. Certe peccasse se hic et intelligit et lamentatur et plangit; ille

противно Богу све што су непоштени покушали. Хтели су људском вољом да униште Божије устројење (Бр. 16, 1–35) делајући против Бога. Тако је било и с царем Осижом који је, узевши у своје руке кадионицу, приграбио на силу за себе жртву, противно Божијем закону. Одупрео му се свештеник Азарија, али он није хтео да послуша нити да одустане, па је био посрамљен гневом Божијим и на челу упрљан лепром. Зато што је увредио Господа, обележен је на ономе делу тела где знак добијају они који Богу угоде (2. Днев. 26, 16–23). И Аронови су синови, који су на олтар ставили туђ огањ како Господ није заповедио, истога тренутка уморени пред лицем Господа осветника (Лев. 10, 1).

19. Овима које смо поменули, свакако следују и њихов удео наслеђују они који презиру предање Божије, и трагају за страним учењима уводећи установе које људи смислише. У своме Јеванђељу напада их и прекорева Господ, рекавши: „*укидајте зајовијести Божију да своје предање сачувате!*“ (Мк. 7, 9). Изгледа да је овај злочин већи од онога који су починили пали,¹¹ јер ови, пошто су то учинили, раскајаше се за грех свој, и умољавају Бога својим трудом. Док ови (пали) траже и моле Цркву, ови јој се противе. Код палих се може говорити о примораности, док расколници слободном вољом остају у злоделу. Ко је пао, себи је нанео штету, док је онај који је посегнуо за јереси или расколом, многе завео и са собом повукао. У првом случају нанесена је штета једној души, а у другоме су многи доведени у опасност. Овај што је пао, разуме да је погрешно па

¹¹ Мисли се на оне који су се приликом гоњења одрекли Христа.

tumens in pectore suo, et in ipsis sibi delictis placens, a matre filios segregat, oves a pastore sollicitat, Dei sacramenta disturbat. Et cum lapsus semel peccaverit, ille quotidie peccat. Postremo lapsus martyrium postmodum consecutus potest regni promissa percipere; ille si extra Ecclesiam fuerit occisus ad Ecclesiae non potest praemia pervenire.

XX. Confessores sibi caveant a tanto crimine.

Ne quisquam miretur, dilectissimi fratres, etiam de confessoribus quosdam ad ista procedere, inde quoque aliquos tam nefanda quam gravia peccare. Neque enim confessio immunem facit ab insidiis diaboli, aut contra tentationes et pericula et incursus atque impetus seculares adhuc in seculo positum perpetua securitate defendit. Ceterum nunquam in confessoribus fraudes et stupra et adulteria postmodum videremus, quae nunc in quibusdam videntes ingemiscimus et dolemus. Quisquis ille confessor est, Salomone major aut melior aut Deo carior non est: qui tamen quamdiu in viis Domini ambulavit, tamdiu gratiam quam de Domino fuerat consecutus obtinuit; postquam dereliquit Domini viam, perdidit et gratiam Domini. Et ideo scriptum est: Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam (Апос. 3, 11). Quod utique Dominus non minaretur auferri posse coronam justitiae, nisi quia recedente justitia recedat necesse est et corona.

зато запомаже и плаче, док се расколник горди у своме греху, мислећи о себи добро у својим преступима. Такав одваја синове од мајке и овце мами од пастира, уништавајући Тајне Божије. Онај који је отпао (приликом гоњења) сагрешио је једном, а овај греши непрестано. На концу, онај који је отпао (услед гоњења) може касније да задобије мучеништво, и да стекне обећано Царство, док овај (=расколник) ако буде убијен изван Цркве, не може допрети до награда Цркве.

20. Нико нека се љубљена браћо не чуди, што су неки и од исповедника¹² пошли за таквима. Неки од њих зато веома безбожно и тешко греше, пошто исповедништво вере никога не чини недоступним за замке ђавола. Исповедник који борави у свету није својим исповедништвом заштићен трајном сигурношћу против искушења, погибли, напада и насртаја својствених свету. Јер када не би тако било, никада код исповедника не бисмо видели преваре, телесности и прељубе које код неких видимо те плачемо и тугујемо. Ма какав да је дотични исповедник, није од Соломона ни већи ни бољи ни Богу милији. А ипак је и Соломон само дотле док је ишао стазама Господњим имао благодат коју је стекао од Господа, а када је напустио пут Господњи, изгубио је и благодат Његову (1. Цар. 11, 9). Зато је написано: „држи што имаш, да нико не узме вијенца твога“ (Откр. 3, 11). Господ свакако не би претио одузимањем венца праведности, када и круна не би нужно нестајала пошто нестане праведности.

¹² Исповедницима су називани они који су претрпели страдање за Христа али су преживели страдање. Због свог исповедништва били су веома цењени у Цркви, али су неки од њих себи давали за право да чине ствари о којима може одлучивати само предстојатељ евхаристијског сабрања – епископ.

XXI. Post confessionem periculum est majus, quia plus adversarius provocatus est.

Confessio exordium gloriae est, non meritum jam coronae; nec perficit laudem, sed initiat dignitatem; cumque scriptum sit: Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit (Matth. 10, 22), quidquid ante finem fuerit, gradus est, quo ad fastigium salutis ascenditur, non terminus quo jam culminis summa teneatur. Confessor est; sed post confessionem periculum majus est, quia plus adversarius provocatus est. Confessor est: hoc magis stare debet cum Domini evangelio, per evangelium gloriam consecutus a Domino. Ait enim Dominus: Cui multum datur, multum quaeritur ab eo; et cui plus dignitatis adscribitur, plus de illo exigitur servitutis (Luc. 12, 48). Nemo per confessoris exemplum pereat, nemo injustitiam, nemo insolentiam, nemo perfidiam de confessoris moribus discat. Confessor est. Sit humilis et quietus, sit in actu suo cum disciplina modestus; ut qui Christi confessor dicitur, Christum quem confitetur imitetur. Nam cum dicat ille: Qui se extollit humiliabitur, et qui humiliat se exaltabitur (Luc. 18, 14), et ipse a Patre exaltatus sit, quia se in terris sermo et virtus et sapientia Dei Patris humiliavit, quomodo potest extollentiam diligere qui et nobis humilitatem sua lege mandavit, et ipse a Patre amplissimum nomen praemio humilitatis accepit? Confessor est Christi, sed si non postea blasphemetur per ipsum majestas et dignitas Christi. Lingua Christum confessa non sit maledica, non sit turbulenta, non conviciis et litibus perstrepens audiatur, non contra fratres et Dei sacerdotes post verba laudis serpentis venena jaculetur. Ceterum si

21. Исповедништво вере је тек почетак прослављења и још увек није заслужени венац. Оно не даје савршено прослављење већ представља почетак достојанства. Написано је: „*Ко прејдри до краја, сиаши се*“ (Мт. 10, 22). Све оно што је пре краја само је степен којим се узлази до циља спасења, а није крај којим се заузима врхунац врха. Ако је неко исповедник, након исповедништва је погибао још већа јер је непријатељ (= ђаво) још више изазван. Ако је неко тај који је признао (Христа) тим више морао да слуша Јеванђеље Господње, по коме је од Господа и задобио славу. Господ каже: „*А од свакога коме је многа дано, многа ће се и тражити: а коме је повјерено многа, од њега ће се више исказати*“ (Лк. 12, 48). Нека због примера исповедника нико не пропадне. Нека се нико не поведе за лошим примером исповедника и тако се научи неправедности, бахатости, неверовању. Ако је неко исповедник нека буде смирен и мирољубив, нека буде скроман у ономе што је до њега. Онај ко се назива исповедником Христовим, нека следује Христа којег исповеда. Христос је рекао: „*сваки који себе узвисује понизиће се, а који себе понизиће узвисиће се*“ (Лк. 18, 14). И Господа (= Христа) је узвисио Отац, иако се будући Реч, Сила и Премудрост Бога Оца био понизио (Фил. 2, 8–9) на земљи. Зар би могао да воли гордост Онај који нам је у своме закону заповедио смиреност, а и сам је од Оца као награду за смиреност примио „*име које је изнад свакога имена*“ (Фил. 2, 9)?! Христовим исповедником се неко може назвати само ако се касније због њега не проклиње господство Христово и достојанство. Језик који је „*признао Христа*“ (Фил. 2, 11) нека не клевете. Нека не буде немиран, нека бучно не

culpabilis et detestabilis postmodum fuerit, si confessionem suam mala conversatione prodegerit, si vitam suam turpi foeditate maculaverit, si Ecclesiam denique, ubi confessor factus est, derelinquens, et unitatis concordiam scindens, fidem primam perfidia posteriore mutaverit, blandiri sibi per confessionem non potest, quasi sit electus ad gloriae praemium, quando ex hoc ipso magis creverint merita poenarum.

XXII. Quorundam lapsus aliis non obest.

Nam et Judam inter apostolos Dominus elegit, et tamen Dominum Judas postmodum tradidit. Non tamen idcirco apostolorum fides et firmitas cecidit, quia proditor Judas ab eorum societate defecit. Sic et hic non statim confessorum sanctitas et dignitas comminuta est, quia quorundam fides fracta est. Beatus Paulus apostolus loquitur in epistola sua dicens: Quid enim si exciderunt a fide quidam illorum, numquid infidelitas illorum fidem Dei evacuavit? Absit. Est enim Deus verax, omnis autem homo mendax (Rom. 3, 3). Stat confessorum pars major et melior in fidei suae robore et in legis ac disciplinae dominicae veritate; nec ab Ecclesiae pace discedunt qui se in Ecclesia gratiam consecutos de Dei dignatione meminerunt; atque hoc ipso amplioem consequuntur fidei suae laudem, quod ab eorum perfidia segregati, qui juncti confessionis consortio fuerunt, a contagio criminis recesserunt, vero illuminati evangelii lumine, pura et candida Domini luce radiati, tam sunt in conservanda Christi pace laudabiles, quam fuerunt in diaboli congressione victores.

изговара препирања и свађе. Нека после речи хвале не бљује змијске отрове против браће и свештеника Божијих. Уосталом, ако исповедник накнадно постане кривац и вредан презира, ако своје исповедање вере поквареним животом сведе ни на шта, ако укаља живот свој срамном ругобом, ако на крају остави и Цркву у којој је постао исповедник и тако разори слогу јединства и ранију веру замени каснијим неверовањем, (такав) не може да умисли да због раније исказане вере одабран за награду славе, пошто су из његових поступака пре произишли разлози за казне.

22. Господ је за апостола изабрао и Јуду (Лк. 6, 16) који Га је ипак касније издао. И поред свега тога чврстина и вера осталих апостола није нестала зато што је издајник Јуда напустио њихову заједницу. На исти начин ни ми овде не потамњујемо светлост исповедника због тога што је код неких од њих вера пресахла. У својој посланици блажени Апостол каже: „Јер шта ако неки не вјероваше? Зар ће њихово невјеровање вјеру Божију укинути? Никако! Нејо, нека је Бој истиниш, а човјек је сваки лажа“ (Рим. 3, 3–4). Већи и бољи део исповедника стоји у снази своје вере, у истини закона и учења Господњег. Не отуђују се од мира са Црквом они који памте да су у Цркви задобили Божију благодат. Штавише, задобијају већу славу за своју веру јер се одвајају од неверовања оних са којима су били повезани заједничким исповедништвом. На тај начин су се суздржали од болести злих дела. Такви су уистину просветљени светлом Јеванђеља. Прожети су чистим и сјајним светлом Господњим. Они су достојни похвале због тога што чувају мир Христов у истој мери као и због тога што су издржали нападе нечастивог.

XXIII. *Seducti ad unitatem redeant.*

Opto equidem, dilectissimi fratres, et consulo pariter et suadeo, ut, si fieri potest, nemo de fratribus pereat et consentientis populi corpus unum gremio suo gaudens mater includat. Si tamen quosdam schismatum duces et dissensionis auctores in coeca et obstinata dementia permanentes non potuerit ad salutis viam consilium salubre revocare, ceteri tamen vel simplicitate capti, vel errore inducti, vel aliqua fallentis astutiae calliditate decepti, a fallaciae vos laqueis solvite, vagantes gressus ab erroribus liberate, iter rectum viae coelestis agnoscite. Contestantis apostoli vox est: Praecipimus vobis, inquit, in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut recedatis ab omnibus fratribus ambulantes inordinate et non secundum traditionem quam acceperunt a nobis (2 Thess. 3, 6). Et iterum dicit: Nemo vos decipiat inanibus verbis. Propterea enim venit ira Dei super filios contumaciae. Nolite ergo esse participes eorum (Eph. 5, 6). Recedendum est a delinquentibus, vel imo fugiendum, ne dum quis male ambulans jungitur, et per itinera erroris et criminis graditur, a via veri itineris exerrans, pari crimine et ipse teneatur. Deus unus est, et Christus unus, et una Ecclesia ejus, et fides una, et plebs una in solidam corporis unitatem concordiae glutino copulata. Scindi unitas non potest, nec corpus unum discidio compaginis separari, divulsis laceratione visceribus in frustra discerpi. Quidquid a matrice discesserit, seorsum vivere et spirare non poterit, substantiam salutis amittit.

XXIV. *Pax amanda est.*

Monet nos Spiritus sanctus et dicit: Quis est homo qui vult vitam et amat videre dies

23. Желим, љубљена браћо, саветујем и подстичем да ако је могуће, нико од браће не пропадне. Нека радосна мати (= Црква) сачува у своме крилу једно тело народа у сагласју. Уколико се ипак догоди да поједине творце и вође раскола који устрајавају у свом слепом и тврдокорном безумљу добар савет не врати на пут спасења, барем се ви остали, који сте због своје простоте заведени у заблуду или сте преварени каквом замком лукавога, ослободите сопствених окова. Свој пут изгубљених ослободите заблуда, спознавши исправни пут стазе небеске. Апостол сведочи говорећи: „*Зайовиједамо вам њак, браћо, у име Госјода нашега Исуса Христја, да се клонише од свакога брашја који живи неуредно, а не њо предању које ѡримише од нас*“ (2. Сол. 3, 6). И опет вели: „*Нико да вас не завава ѡразним ријечима; јер збој штога долази њев Божији на синове ѡрошиљења. Не будише, дакле, саучесници њихови*“ (Еф. 5, 6–7). Потребно је уклонити се од оних који греше, чак од њих треба побећи. На тај начин се нећемо везати за оне који се зло владају нити ћемо кренути путевима заблуде и злих дела. Тако нећемо скренути с правца правога пута нити ћемо сами запасти у исто неваљалство. Бог је један и један је Христос, и једна је Црква његова, и вера је једна, и један је народ сједињен споном слоге у суштинско јединство тела. Немогуће је уништити јединство, нити је могуће и једно тело раставити раздвајањем зглобова, нити се насилним кидањем утробе може раставити на делове. Оно што се откине од материце, не може више да живи за себе нити може да дише, него губи саму суштину спасења.

24. Дух нас Свети опомиње говорећи: „*Који је човек који жели животиа, који љуби*

optimos? Contine linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur insidiose. Declina a malo et fac bonum, quaere pacem et sequere eam (Ps. 33, 13. ss.). Pacem quaerere debet et sequi filius pacis; a dissensionis malo continere linguam suam debet qui novit et diligit vinculum caritatis. Inter sua divina mandata et magisteria salutaria passioni jam proximus Dominus addidit, dicens: Pacem dimitto vobis, pacem meam do vobis (Joan. 14, 27). Hanc nobis hereditatem dedit, dona omnia suae pollicitationis et praemia in pacis conservatione promisit. Si coheredes Christi sumus, in Christi pace maneamus. Si filii Dei sumus, pacifici esse debemus. Beati, inquit, pacifici, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur (Matth. 5, 9). Pacificos esse oportet Dei filios, corde mites, sermone simplices, affectione concordēs, fideliter sibi unanimatis nexibus cohaerentes.

XXV. Exemplum primorum fidelium.

Haec unanimitas sub apostolis olim fuit. Sic novus credentium populus, Domini mandata custodiens, caritatem suam tenuit. Probat Scriptura divina quae dicit: Turba autem eorum qui crediderant anima et mente una agebant (Act. 4, 32). Et iterum: Et erant perseverantes omnes unanimes in oratione cum mulieribus et Maria quae fuerat mater Jesu et fratribus ejus (ib. 1, 14). Et ideo quia efficacibus precibus orabant, ideo impetrare cum fiducia poterant quodcumque de Domini misericordia postulabant.

XXVI. Quantum distamus a fervore primorum fidelium.

In nobis vero sic unanimitas diminuta est, ut et largitas operationis infracta est. Domos

*da види дане добре? Уздржи језик свој од зла и уста твоја да не љоворе лаж. Уклони се од зла и чини добро, шражи мира и иди за њим“ (Пс. 33, 13–14).¹³ Онај ко је син мира мора да тражи и да следује миру. Онај ко упозна и заволи свезу љубави дужан је да суздржи свој језик од зла неслоге. Господ је, када је био већ сасвим близу страдању, додао и следеће својим божанским и спасоносним заповестима: „*Мир вам остављам, мир свој дајем вам“* (Јн. 14, 27). Ово наслеђе нам је даровао. Све своје дарове и обећања, дао је за служење миру. Ако смо Христови наследници, потребно је да останемо у миру Христовом. Ако смо синови Божији, морамо бити љубитељи мира. Речено је: „*Блажени мирошворици јер ће се синови Божији назвајти“* (Мт. 5, 9). Синови Божији треба да буду мирољубиви, благи у срцу, једноставни у говору, сложни у осећању, међу собом верно сједињени најтешњим везама.*

25. Некада у доба апостола владало је такво јединство. Нови народ верујућих вршио је заповести Господње и тако извршавао Његову љубав. Писмо то доказује када говори: „*А у народа који љоверова беше једно срце и једна душа“* (Дап. 4, 32). И опет: „*Ови сви бијаху истирајно и једнодушно на молишви и мољењу, са женама и са Маријом мајером Исусовом и са браћом његовом“* (Дап. 1, 14). Због тога је њихова молитва имала успеха. Због тога су са сигурношћу могли да измоле оно што су тражили од милосрђа Божијег.

26. У нама се пак тако смањила једнодушност да је ослабила и ширина деловања. У оно доба су продавали куће и

¹³ Превод усклађен према еп. Атанасије (Јевтић), *Псалтир*, 2000, стр. 46.

tunc et fundos venundabant, et thesauros sibi in coelo reponentes, distribuenda in usus indigentium pretia apostolis offerebant. At nunc de patrimonio nec decimas damus; et cum vendere jubeat Dominus, emimus potius et augemus. Sic in nobis emarcuit vigor fidei, sic credentium robur elanguit. Et idcirco Dominus tempora nostra respiciens in evangelio suo dicit: Filius hominis cum venerit, putas inveniet fidem in terra (Luc. 18, 8)? Vidimus fieri quod ille praedixit. In Dei timore, in lege justitiae, in dilectione, in opere fides nulla est. Nemo futurorum metum cogitat, diem Domini et iram Dei, et incredulis ventura supplicia, et statuta perfidis aeterna tormenta nemo considerat. Quicquid metueret conscientia nostra, si crederet. Quia non credit omnino, nec metuit. Si autem crederet, et caveret; si caveret, evaderet. Excitemus nos quantum possumus, dilectissimi fratres, et somno inertiae veteris abrupto, ad observanda et gerenda Domini praecepta vigilemus. Simus tales quales esse nos ipse praecepit dicens: Sint lumbi vestri accincti et lucernae ardentes (in manibus vestris), et vos similes hominibus exspectantibus dominum suum, quando veniat a nuptiis, ut cum venerit et pulsaverit, aperiant ei. Beati servi illi quos adveniens Dominus invenerit vigilantes (ib. 12, 35, ss.). Accinctos nos esse oportet, ne cum expeditionis dies venerit, impeditos nos et implicitos apprehendat. Luceat in bonis operibus nostrum lumen et fulgeat, ut ipsum nos ad lucem claritatis aeternae de hac seculi nocte perducatur. Exspectemus solliciti semper et cauti adventum Domini repentinum, ut

земље (Дап. 2, 45) а благо су сабирали на небесима (Мт. 6, 20). Пред ноге апостола стављали су своје зараде да се дају онима којима је било потребно (Дап. 4, 34), а ми данас од свога иметка не дајемо ни десетину. Господ нам заповеда да продамо оно што имамо (Лк. 12, 33), а ми рађе купујемо и увећавамо. Сила вере у нама толико је изгубила на снази! На исти начин је и снага код верника ослабила! Зато, имајући наше време у виду, Господ у своје Јеванђељу говори: „Када дође Син човечији, хоће ли наћи вере на земљи“ (Лк. 18, 8)?! И видимо да се обистињује оно што је Господ прорекао. Нема више никакве вере у страх Господњи, у закон праведности, у љубав, у дело. Нико се не боји онога што ће доћи. Нико не води рачуна о Дану Господњем, о гневу Божијем, будућим мукама за неверне и утврђене вечне патње за њих. Свега тога би се бојали када би веровали. Али пошто не верујемо, ни не бојимо се. Када бисмо веровали, и чували бисмо се, а када бисмо се чували, томе бисмо и избегли. Љубљена браћо, подстичимо једни друге колико можемо. Прекинемо сан древне спорости. Бдијмо опслужујући и вршећи заповести Господње. Будимо онакви какви морамо бити по заповести Његовој када каже: „Нека буду бедра ваша ојасана и светиљке зајале. А ви слични људима који чекају јосиодара својега, када ће се враћити са свадбе да му, чим дође и куцне, одмах отворе. Благо слушама оним које јосиодар дошавши нађе будне. Заиста вам кажем да ће се ојасати, и посадиће их, и присијућиће их да им служити“ (Лк. 12, 35–37). Треба да будемо опасани да нас у дан доласка када дође не затекне неспремне и сметене. Нека светлост наша гори и блиста у „добрим делима“

quando ille pulsaverit, evigilet fides nostra, vigilantiae praemium de Domino receptura. Si haec mandata servantur, si haec monita et praecepta teneantur, opprimi dormientes diabolo fallente non possumus, servi vigiles Christo dominante regnabimus.

(Мт. 5, 16). На тај начин ће нас нас из таме овога света довести светлу вечнога сјаја. Свагда очекујмо, са сваком бригом и пажњом, изненадни долазак Господњи. Када покуца, нека се расани вера наша која ће од Господа примити награду за бдења. Ако сачувамо ове наредбе и ако се задрже ове опомене и заповести, ђаво нас не може изненадити и преварити као оне који су заспали. И ми ћемо, као будне слуге, царевати са Христом.

превод и коментари:
презвитер мр Александар Ђаковац